



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XLIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

2 Fallit etiam quando proceditur summaria & de plura, quia sententia sine libelli productione profertur, & non potest dici, quod non fuit attentatum, ex quo in iudicio summaris res non disceptatur uia libelli, sed summaria & ideo sententia non dicitur claudicare & esse conformis libello, cum non fuerit presentatum, sed bene erit conformis intentioni summarie producte.

REGULA XLIII.

1 Iudex an ex uehementi & infallibili conscientia possit sine inditiis reum torquere, tunc tene quod non, ratio quod iudex debet procedere ex apparentibus actis, & non a suo capite & sua conscientia. secundum Bal. in l. amplexum, nu. 9. C. de appell. Alex. in l. fin. in 3. apost. ff. de quaest. & l. illicitas. §. ueritas. ff. de off. praesidi. nu. 3. Ab. conf. 65. col. 4. uol. 1. Dec. in c. tertio loco, in fi. nu. 73. de probat. specul. in tit. de sententia. §. qualiter. in princ. dicit, quod iudex non debet procedere ex motu animi, sed ex allegatis & probatis quod not.

1 Fallit 1. ut si reus legitimis inditiis praecedentibus a torturam positus fuerit pro uno casu, poterit postea per alio casu sine aliis inditiis interrogari & torqueri. Deci. in d. c. tertio loco de probat. nu. 73. & fuit dictum a Gand. in suo tract. C. in rubrica de quaest. & tormentis nu. 19. & 41. & Guido Papa q. 339. & Io. Pet. de Ferr. in l. pract. criminal. in forma inquisit. in glo. i. col. 8.

2 Fallit etiam quod iudex non potest pro aliquo delicto commisso, uel secuto proclamari facere reos flagitii ad carceres non praecedentibus legitimis inditiis, uel legitimis probationibus. pro ut in parte 1524. excellentissimi Consilii Rogat. & per tex. in l. certum & ibi Bal. col. 4. uers. uiso & nu. 15. C. unde cognat. ubi dicit quod in omni casu in quo uersarii sunt incerti potest fieri citatio per proclamationes praecedentibus prius legitimis inditiis, pro ut iuris est, & constantur in genere iuxta l. i. §. denunciari. ff. de uent. in post. sess. mitend.

4 Fallit

Fallit etiam quando crimen est notorium, & iudex ex necessitate officii reum ad torturam ponit, quia necessitas officii eum excusat ne de calumnia arguatur. l. ii. C. qui accus. non poss. & inculpabile est quod necessitas infert, 30. q. i. c. ad limina. quemadmodum etiam an periurio necessitas excusat. c. ego de iure iur. & l. si. ff. qui facisd. cogatur.

REGULA XLV.

1. Infantes & pupilli si delinquant, an poena ordinaria puniri debeant. tu conclude, quod non in c. i. de delict. puer. Hy poll. de minore. §. penul. & fin. de quaestio. & hoc propter imperfectionem consilii. Ita Bal. in l. & si feuerior. col. ii. nu. 10. uerfi. ex praedictis. C. in quibus causis infam. irrogatur, & l. auxilium. §. in delictis. ff. de minorib. Bal. in l. si. de in integ. restit. & clemen. i. de homicid. Cuma. confi. 93. Ang. Aret. confi. 104. & Ba'. in l. in contractibus. C. de non num. pecu. 3. not. l. si. adulterium. §. fratres. ff. de adulter. q. not.

1. Fallit, in doli capace, ut clem. i. de homicid. Deci. in l. ferre. ff. de rer. iur. & proximo pubertati, quia eo casu non excusatur a delicto, ita doct. can. in d. c. i. de delict. puer.

1. Fallit 2. propter sceleris immanitatem, minores & pupilli puniuntur, secundum tex. in §. item paruulos. i. q. 4. & late Lucas de Penna. in l. sine. col. 5. C. de exact. & tribue. lib. 12. Tiraquel. in tract. de poenis. causa 49. nu. 45. q. not. perpetuo.

REGULA XLVI.

1. Interusurium medii temporis potest ab eo peti, qui consuetus est negotiari, tex. est in l. ii. fin. §. ff. de eo quod cert. loc. & l. si constante. §. quotiens. ff. sol. matr. & Soc. & Cagnol. in l. unica. C. de sent. quae pro eo q. inter.

1. Fallit 1. in uenatore, piscatore, & aucupatore, ii enim
E 4 respectu